

ARCHIVIO DIOCESANO TRIDENTINO

VIGILIANUM

URBARIO COVELLA

1582

Documento trascritto e tradotto a cura di Oss Papot Lucia e Grisenti Luciano

Primavera 2019

PAG. 45**Alia Investitura pro castro Perzeni concessa messer Grisento de Grisentis de Basilica Pinedi, de una domo et viridario. Ad solvendum omni anno ipsi castro, carentanos quadraginta bonae monetae maranensis, Nomine affictus**

In Christi Nomine Amen, anno Nativitatis eiusdem millesimo quingentesimo octuagesimo secundo, indictione decima, die sexta mensis februarii, in burgo Perzeni, diocesis feltrensis, in contrata Marchedelli, et in studio domus habitationis mei notarii infrascripti. Presentibus Nobilibus dominis Carolo et Ioanne de Castro rupto Strigni, et Egregio domino Iovanni Baptista Dorigato, notariis Perzeni testibus ad infrascripta omnia et singula vocatis, spetialiterque rogatis. In dicto loco constitutus Nobilis et Magnus dominus Samuel seemon de Mongern, vice capitaneus Illustrissimi Domini Fortunati Baronis Madrutii, Avii et Brentonici, et castri Perzeni, eiusdem iurisdictionis possessoris, et dicti castri capitanei pro Illustrissimo et Reverendissimo D.D. Ludovico tituli Sancti Honofrii S.R.C. Presbytero Cardinale Madrutio Episcopo Tridenti dignissimo et d. d. nostro gratiosissimo. Visa prius Investitura rogata per quondam egregium dominum Sebastianum Spadam, alias notarium Perzeni, sub die 10 iulii 1520 per sé et successores. Nominatim per una libra Pypis integri, quam confessus fuit habuisse et recepisse ab infrascripto conductore, per intractica et nomine intracticae presentis Locationis et Investiturae perpetualis renovandae in capite cuiuslibet decimi noni anni sub hac eadem serie, secundum stilum et consuetudinem Locationum perpetualium ipsius Castri Perzeni, per pacta infrascripta in eis apponi solita et consueta, per tactum manus legitime investivit messer Grisentum filius quondam messer Venturini de Grisentis de Basilica, plebis Pinedi, districtus Tridenti, presentem per sé et eius heredibus stipulantem et hanc locationem sibi fieri petentem et acceptantem. Nominatim de una domo, muris et lignaminibus edificata, cum uno viridario seu broilo unius operae seccatoris in circa, cum arboribus fructiferis intus, et cum curtivo et horto in uno tenere, et aliis suis commoditatibus, siti in dicta villa Basilicae, a mane, sero, et septentrione apud vias communes, a meridie bona ecclesiae Sanctae Mariae de Basilica, et forte apud alios veriores confines.

[Seguono le solite formule giuridiche]